

Theophilus. Anacletus papa in 'epistola de laceratione et oppressione christianorum omnibus episcopis' directa sic dicit ¹⁾: *Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit, mater vero nostra ecclesia, quę nos spiritualiter ^{a)} in baptismo ^{b)} regeneravit ^{c)}. Ergo qui Christi ^{d)} pecunias et ^{e)} ecclesię rapit, aufert vel fraudatur, homicida est atque homicida ante conspectum iudicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur ^{f)}; qui autem pecuniam vel res ecclesię abstulerit, sacrilegium facit. Privilegia enim ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli iussu salvatoris intemerata et inviolata eius decreverunt manere temporibus.*

Eutitius. Hęc querimonia satis superius deplorata est. Nunc vero diligenter ^{g)} intende quę proponere paro.

Theophilus. Propone et audiemus.

Eutitius. Si quilibet ^{h)} episcopus res, quas ⁱ⁾ dari ^{k)} superius non posse demonstrasti, parentibus vel fratribus aut quibuslibet aliis dederit, alienaverit, scripto quoque sua dona firmaverit, episcopus qui succedit, num ^{l)} repetere potest res, quę iniuste datę sunt?

Theophilus. Omne quod iniuste sublatum est, iuste debet restitui. Dic ergo mihi, si tutor patrimonium heredis, quod tutandum ^{m)} susceperat ⁿ⁾, inscio pupillo alienaverit: nunquid idem heres suę redditus potestati, quod iniuste sublatum est, legibus repetere potest?

Eutitius. Sic videtur. Cum ergo liceat morituro homini iniuste sibi ^{o)} sublata repetere, ecclesię quę semper vivit, non licebit eadem facere?

Theophilus ^{p)}. Ut enim iam superius audisti, ex iniusto dono iusta non est retentio; ^{q)} ubi non est iusta retentio, iusta consequitur repetitio.

^{a)} spiritualiter C. ^{b)} so AB; in A (wegen Ligatur von s und m) als baptistrio zu verlesen; baptisterio C. ^{c)} regneravit B. ^{d)} Christi ecclesias B. ^{e)} undeutlich B. ^{f)} facit B; Syn. von Trosly, vgl. Anm. 1. ^{g)} diligenter B. ^{h)} s hinter qui radiert A. ⁱ⁾ wohl aus quę korr. A. ^{k)} dare C. ^{l)} non B. ^{m)} tutandum est B; tuendum C. ⁿ⁾ sceperat B. ^{o)} sibi sibi B. ^{p)} fehlt B; in A steht ut über radiertem T, dann ist TH unter der Zeile vor ut nachgetragen, doch so, daß es über der folgenden Zeile vor ubi steht; vgl. Note q. ^{q)} in B folgt: T(theophilus).

¹⁾ Epist. spur. I c. 14, 15; Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius S. 73 (D); vgl. Anm. 15, 18; das gleiche Zitat auch in den Akten der Synode von Trosly (909) c. 4, ed. Th. Goussset, Les actes de la province eccl. de Reims (1842) S. 574.